



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 31. De accusationibus impedimentorum matrimonii,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

Concilij Trident. constituentis & denunciations fiant in Ecclesia dicitur festiuis inter Missarum solemnia, finis sit ut ad multos in notitiam matrimonium perueniat, siveque ut impedimenta facilius detegantur, tunc enim soler magna hominum copia confluere, et autem fini satisficeri possit quando extra Ecclesiam loco convenienti, aut die non festi, aut extra Missarum solemnia conuenit magna populi copia ad aliquam deuotionem, ut ad audiendum verbum Dei; si denunciations tunc fiant, non censerit id ipsum decretum violatum. Neque obstat, quod forte dicas aut locus non sit facer, quia si matrimonium ipsum extra tempus & locum sacram posse celebrari, cur non poterunt illius denunciations fieri?

Addit Concil. Trident. ad memoratum decretum: cum probabilitate suspicio fuerit, matrimonium posse malitiose impedi, si praeceperint tres denunciations: tunc sufficere vel ut una tantum fiat, vel saltem Paroch. & duobus vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur: & deinde ante illud consummationem denunciations in Ecclesia fiant, ut si aliqua impedimenta subsint, facilius detegantur.

## C A P V T XXXI.

*De accusationibus impedimentorum matrimonij, quarum intuitu promulgationes sunt in iustitate.*

## S V M M A R I V M.

- 228 Obligatio reuelandi, quam promulgationes matrimonij inducunt, est sub mortali.  
 229 Duo casus excepti.  
 230 Aliquor causus in quibus repellitur quis ab accusatione matrimonij.  
 231 Accusacionum propositarum specialia quaedam, in quibus a ceteris accusationibus differunt.

**F**ACTA matrimonij promulgatione, is qui nouit esse impedimentum, debet illud significare. Primo quidem, si fuerit ex peccato occulto, ipsi contrahentes iuxta modum corripiendi proximum a Christo traditu in Matth. 18. Deinde vero si id non sufficiat, significare illi cui matrimonium promulgauit: cum autem qui denunciare recusat mortaliter peccare, prout alii citatis Sanchez habet lib. 3. disput. 13. num. 2. Probatur: quia causa est cur contrahentes graue detrimentum incurvant nullitatis matrimonij: quam nulla temporis diuinitas tollit, perseverante semper impedimento: & per quam sunt in perpetuo concubinatu ac filios suscipiunt illegitimos. Et quamvis impedimentum esset ex minoribus, tamen grauissima sacramento matrimonij fieret in eo iniuria: ut pote quod iniuriet contra Dei & Ecclesie statuta. Istudque procedit ex eodem authore & aliis quos citat quantumcumque impedimentum sit occultum nec probari possit.

Nihilominus duo sunt casus in quibus nemo ad tam accusationem tenetur. Prior est, quando cognoscens impedimentum, simul nouit contrahentes celebratores matrimonium cum ignorantia probabili, & impedimentum sic occultum est ut probabile sit nunquam ipsum in aliorum notitiam venturum nisi ipsemet significet: simulque probabile sit secuturum scandalum & magnam perturbationem si significet. Nam in tali casu neque Parochium neque Confessorum contrahentium debere illis tale impedimentum significare; sed potius illos in sua bona conscientia relinqueret, ex Nauar. in Enchir. Cap. 22. num. 83. & aliquot alii notat Sanchez, in eadem disput. 13. num. 4. Addens id verum esse, quantumcumque denuncatio sub pena excommunicationis praeciperetur, & impedimentum probari possit. Posterior casus est, quando is qui impedimentum nouit existimat suam accusationem non profuturam: ut quia non credetur ei, cum id non possit probare, prout habet Sylvest, in verbo Matrimonium sexto quest. 9. vel quia ipius accusatio non admittetur, ut si scripsi potest in sequent. casibus.

Primo si nolit iurare verum esse quod obiicit vel certa iurare se non ex odio, vel timore, sed sincere accusare ex cap.

Not. sicamus & ex cap. De parentela tam 1. quam 2. causa 35. quest. 6. Deinde si extraneus sit, & præsentes sint consanguinei, qui testificari possint ex cap. 1. eiusdem questionis. Nihil obstat tamen, quin accusare possit per consanguineos, aut etiam per se illi definit, ipseque sit ex vicinis antiquioribus, & veracioribus, iuxta ea quæ in verbo Matrimonium 9. quest. 1. Sylvestre habet. Tertio, si absens sit, tantumque accuset per literas ex cap. 2. Qui matrimonium accusare possint. Quarto, si accuset lucrati gratia, & va pecuniam extorqueat, ex cap. Significante eod. tit. Postremo, si post factam promulgationem, non accuset antequam matrimonium contrahatur: nisi probagerit se ante fuisse legitimate impeditum: vel certe iurauerit se impedimentum illud intellectissimum post contractum matrimonium ex cap. finali eod. tit. Adde vel coactus sit morant trahere in correctione fraterna, quam denunciationi præmittendam esse diximus. Nam obligatio denunciandi non vrgit, quandiu vacandum est eidem correctioni, seu donec iudicio viri prudentis ea nihil prodesse videatur, prout in ead. disp. 13. Sanchez num. 3. sub. finem tangit. Beneaddens in sequenti num. 8. cum qui sit impedimentum occultum, & simul scit contrahentes dispensationem occulte impearat pro foro interno, non teneri denunciare: quia nullum est periculum peccati in contrahendo; impedimento illa ratione ablato.

R E S T A T obseruandum quod ex D. Thoma habet Sotus in 4. distinct. 41. quest. viii. art. 5. sub finem: Eam de qua hic loquimur non esse propriæ matrimonij accusationem, sed potius denunciationem: ideoque multa concedi in ea, quæ non habent locum in vera accusatione: quorum Sylvestre quoque meminit in verbo Matrimonium nono, quest. 5. Primum est, ut idem possit accusator esse & testis. Secundum, ut non exigatur iuramentum calumpniae. Tertio, ut facta hac accusatione, contumax possit condemnari litem non contestata ob periculum in mora, ex cap. finali. Ut lite non contest. §. Porro. Quarto, ut consanguinei & parentes admittantur ad denunciationem impedimenti matrimonij, ex cap. Videatur qui matrim. accusare possint. Quinto, ut in hac accusatione valeat testimonium ex solo auditu: soleque verbo sine scriptura, ipsum fieri possit. Nonnulla alia de iisdem accusacionibus videri possunt apud eundem Sylvestrum in eodem verbo.

## C A P V T XXXII.

*De dispensatione omittendi promulgationes matrimonij.*

## S V M M A R I V M.

- 232 Postulas dandi talem dispensationem, Ordinarius habet: si que diuersam coniuges habent, sufficit alterutrius dispensatio.  
 233 Generalis Vicarius Episcopi pugnat eamdem dispensationem dare, non item Parochus.  
 234 Quatenus possint Episcopus & Vicarius ipsius delegari sum in hac re potestatim.  
 235 Neuter potest, nisi iusta de causa dispensare: & duodecim tales cause.  
 236 Quando Superior obligetur talem dispensationem dare, quid licet, cum ipse adiri non posset, aut minus eam negat.  
 237 Peccatum est mortale consummare matrimonium antefactas illius promulgationes.  
 238 Non vero ante Ecclesie benedictionem: & quod contrahentes si ab aliis non detegantur ipsorum impedimenta, ipsi sub mortali teneantur dergere scientes illa.

**D**E dispensatione omittendi promulgationes Matrimonij, que erit potissimum quis cam dare possit, & qua de causa possit dari. Cu[m] questioni satisfaciemus aliquot propositionibus.

Prima est, Non modo Papam, sed etiam Episcopum dare posse talem dispensationem. Haec patet ex Concil. Trident. sess. 24. De refor. matrim. cap. 1. illis verbis: Nisi Ordinarius expedire iudicauerit ut predictæ remissiones remittantur,